

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 158r–158v

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 69

[69] LXIX^a

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi aliquis subtraxerit aut subtractus fuerit aut eo sit spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris est, extunc ille bene ad suum venditorem se trahere potest et venditorem nominare debet, super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocumque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem sequi ipsum debet ultra Mare Aquilonis <^{za} morze napólnoczj ^c>. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem habere poterit, ut se coram iudicio iacticavit, et tunc sibi fideiussorie faciat caucionem iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius [k. 158v] suus expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Sin autem dixerit, quod equum in foro communi et libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter ammittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo ammittit.

^a w ramce; ^b inicjał S wysokości dwóch wierszy in rubrum; ^c nadpisane ręką komentatora

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]